

LVIII. ἡ γὰρ ἐκ μέρους &c. Hæc verba de solo Christo intelligenda esse ex toto contextu patet, in quibus comparatio cum aliis Doctoribus §. 30. incepta adhuc continuatur. Contra *Tolet. in h. l. Socin. in trakt. de DEO & Christo*, Præsens autem διδωσιν vel pro præterito sumitur, vel dicit cōtinuum actum, ubi ab ipso conceptionis & unionis personalis momento. Contra *Smalc. cont. Smiglec. de error. Arrianor. p. 194. 234.* DEUS Pater s. Tota Trinitas, non secundum divinitatem, *Act. XVII, 25.* sed secundum humanā naturam, quia in tempore factum, *Dan. IX, 24.* dedit Spiritum S. CHRISTO, *Col. I, 19. c. II, 9.* ejusq; dona, *Esa. XI, 2. ἡ ἐκ μέρους*, cum omni redundantia, ut loquitur *Tertullianus*: non à termino à quo qui dat, sed ad quem cui dedit, §. 35. ut merito hæc dona, quia à donis, Christi membris concessis, *T. t. III, 6. Rom. XII, 3. cap. VIII, 23.* non tantum gradibus, sed etiam specie distinguuntur, *Psal. XLV, 8. Hebr. I, 9.* increata, infinita, & immensa, dici debeant, quæ de toto Christo in hoc loco quatenus est verus Deus & homo, §. 31. 32. 33. 34. seq. prædicantur, ratione sc. officii, observata tamen naturæ, cui in tempore aliquid dari potuit proprietate. Contra Pontif: *Adam Contzen in b. l. Calvin. Bezam in Cokoq. Mompel. Martin. in incis. p. 23. Muscul. ut sin.*

v. 35.

LIX. Versum hunc plurimi, licet non eodem modo, ad præcedentia referunt, *August. & Chrysostr.* dicunt, Spiritus S. dationem discrimen facere inter missionem Filii dilecti ex præcedent: & servi, missi, *Theophyl.* Johannem prius de Christo, ut Deo jam ut homine loqui putat. *Maldon.* rationem insinuari autumat, quare non ad mensuram Spiritum acceperit. Nos ad subsequenta pertinere existimamus, siquidem Johannes causam hic præsupponit, quare per fidem in Filium vitam æternam consequamur. Et particulam καὶ non causalem, sed ἐξηγητικὴν esse asserimus, pro, *se d'etiam*, licet respectu nostri quædam causa insinuetur, quia in ipso solo, non in nobis acquiescit, *Matth. III, 17.* Unde non simpliciter per æternam generationem cum *August. Cyrillo, Chrysostr.* neque simpliciter cum aliis de sola humana natura, cui per unionis gratiam omnia data sunt, *Matth. XXVIII, 18. Psal. VIII, 8. Hebr. II, 8.* sed de toto Christo Mediatore, modo in præcedenti thæsi explicato, hanc Patris dationem intelligimus, ubi Christi potestati omnia totum genus humanum deperditum, *Job. XVII, 2.* ad salutem omnium, ad universæ Ecclesiæ ædificationem, gubernationē, & defensionem, necessaria commissa sunt, *Job. XIII, 3.* Contra *Smalc. in refut. Smiglec. de error. nob. Arrian. p. 191.* ita ut per ipsius manum omnia nobis hominibus dederit, §. 36. & *Job. I, 16.* Contra *Maldon. in h. l. & reliquos Pontif. Sanctorum opera adjunctes.*

v. 36.

LX. Fides ut medium recipiens omnia illa, quæ Pater per manum Christi nobis dat, efficit, ut vitam æternam jam habere dicamur, non quidem manifestam, sed absconditam, *Gal. III, 4.* non in re sed in spe, *Rom. VIII, 24.* quæ tamen spes ita certissima, & in fidem Jesu Christi fundata est, ut eodem modo non requirat opera ad illam re ipsa consequendam, *Rom. IX, 30, 32. Gal. III, 2. 11. 14.* Contra *Maldon. Ἀπειθῶν τῷ υἱῷ*, Syrus verbis valde significantibus reddidit: לֹא מִטְפִּים לְבָרִיא, qui non acquiescit filio. Cont: *Adam. Contz. in b. l. & sic non tantum fidei historica, sed maxime fiducialis in Christum requiritur, ut in illo unice acquiescamus.* Vera a. lectio vocis μένει est non μένει. Cont. *Bezam.* Non n. solum præsentia iræ divinæ, in quam propter peccatum Originale & actuale jam incidimus, juxta *August.* sed simul juxta *Chrysostr.* ejus præsentia actus cōtinuus & quasi semper præsentissimus ex æterno Reprobationis decreto sine fine propter contemptum Evangelii Christi, cum præsertim ἐπ' αὐτὸν addatur, indigitatur,

Coll. Chim H 192, 26